alienand. Fuſar. quæſtion. forenſ. libr. 1. quæſt. 2. à n. 6. Menoch. dict. lib. 4. præſumpt. 142. num. 19. Rebuff. in l. moventium, ff. de verbor. ſignificat. Cavalcan. ſupra num. 83. Abbas in dict. cap. nulli, num. 9. Quæ tertiam ſpeciem bonorum conſtituunt, l. quam Tuberonis 7. §. In pecul. 10. ff. de pecul. l. à Divo Pio 15. §. In venditione ff. de re judicat. Merlin. num. 50. 51. Hermoſill. in l. 9. gloſſ. 1. num. 22. tit. 4. part. 5. Gail. de credit. cap. 4. quæſt. 7. num. 341. Cyriac. tom. 2. controver. 222. num. 9. Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 4. gloſ. 21. num. 44. part. 2. Menoch. cum multis conſ. 300. num. 32. Anton. Fab. de erroib. decad. 5. error. 10. in princip. Theſaur. quæſtion. forenſ. libr. 1. quæſt 1. n. 1. 2. Trentacinq. ſupra, libr. 3. titul. de donat. reſolut. 9. num. 13. Gratian, diſceptat forenſ. cap. 29. num. 25. Rot. deciſ. 545. n. 1. part. 1. diverſor. Tuſch. liter. L. concluſ. 124.

20 Quod receptius eſt, ac tenendum in qualibet diſpoſitione, licèt aliqui ſentiant, jura, & actiones reduci debere ad mobilia, vel immobilia; ſecundùm naturam rei, ad quam jus, vel actio competit? nam ſi mobilis ſit, & jus inter mobilia computabitur; ſin verò immobilis, jus quoque immobile reputabitur: Ita Bartol. in dict. l. moventium, in fin. Brun. in tractat. quod extantib. maſcul. fœmin. excludunt. articul. 8. quæſt. 26. Pinell. in rubric. part. 1. num. 29. C. de bon. matern. Rodrig. de ann. reditib lib. 1. quæſt. 3. num. 9. & alii quos refert Merlinus ſupra, num. 62. Hæc enim doctrina tunc duntaxat eſt certa, cum neceſſariò jura, & actiones adſcribenda ſunt mobilibus, vel immobilibus, quo caſu præfata diſtinctione erit utendum, veluti ſi quis teſtamento ſuo, Caio, & Sejo bona ſua reliquerit, unum hæredem mobilium, & alterum immobilium ſucceſſorem inſtituens; notant Parlador. dict. cap. fin. part. 5. § 3. num. 15. Merlin num. 70. verſ. Sunt tamen, & n. 7. Trentacinq. d. reſol. 13. verſ. Veritas eſt. Tiraquel. de retract. lineag. §. 1. gl. 7. num. 15. Rota apud Gratian. dict. cap. 29. num. 24. Bartol. in d. l. moventium.

21 Sed ſi appareat ex conjecturis voluiſſe teſtatorem, appellatione mobilium, etiam immobilium jura & actiones comprehendere, erit legatum eorum bonorum univerſale, ac ſi adjiceret illius qualitatis adjectio fuiſſe relictum, (idem aliud in uſufructu legato dicendum eſt, ut inferius conſtabit,) Mareſcot. dict. cap. 29. num. 56. 57. Mantic. dict. lib. 9. tit. 7. num. 4. Theſaur. d. quæſt. 2. num. 6. Merlin. n. 54. verſ. Quæ omnia forent. Abb. [illegible] Nam ex voluntate teſtatoris, à verborum proprietate recedendum eſt, l. non aliter. 67. ff. de legat. 3.

22 Ex præmiſſis apparet, hujuſmodi legatarium quotæ, vel uſufructus bonorum mobilium, & immobilium, ut rei certæ, & non univerſitatis ſucceſſorem, nullatenus ad onus æris alieni hæreditarii eſſe aſtrictum, ut pro eo poſſit conveniri. Imò nec ex tali legato, quod defunctus debebat, deducendum, niſi plus ſit relictum; quàm vires hæreditatis ferre poſſunt, Menoch. dict. præſumpt. 143. num. 6. Caſtill. d. cap. 59. num. 1. Craſſ. ſupra quæſt. 35. num. 5. Ioann. Dilect. de art. teſtand. cautel. 4. Benedict. in capit. Raynutius, verb. Cætera bona, num. 43. de teſtament.

Ad num. 4.

23 Qui omnium bonorum legato à teſtatore honoratur, tenetur ad debita ejus ſolvenda, poteſtque à creditoribus hæreditariis conveniri, ut cum D. Covarruv. ſubſtinent Molin. ubi proximè, d. cap. 10. num. 1. verſ. In primo caſu, cum num. ſequentib. Avendañ. in l. 21. Taur. numer. 2. Peralt. in l. 3. §. Qui fideicommiſſam, num. 148. ff. de hæredib. inſtituend. Paul. de Caſtr. in l. ſiquis ſervum. §. fin. num. 4. ff. de legat. 1. Burg. de Paz cap. 7. de majorat. Et contra eum exequutio etiam competit, Ioan. Parlador. quotidianar. lib. 2. cap. fin. part. 4. §. 2. n. 2. Bolañ. in Curia, lib. 1. part. 2. §. 10. num. 5. Idem juris eſt ſi pars hæreditatis legetur, Molin. num. 7. Sed ſecus erit, cum pars bonorum relinquitur, Molin. cum aliis, n. 5. & 8.

Ibi: *In uſufructuario tamen omnium bonorum eam jure negandam.*

24 Ii, cui uſusfructus omnium bonorum legatur, non cogitur hæreditariis creditoribus reſpondere: Hæc concluſio contra Bartolum communiter probatur, Menoch. num. 9. verſ. Altera, & ſecunda fuit opinio, Salgad. in labyrinth. creditor. part. 1. cap. 2. §. unic. num. 5. Mareſcot. variar. dict. lib. 1. cap. 39. num. 31. Caſtill. ſupra, à num. 17. Surd. de aliment. titul. 2. quæſt. 29. num. 2. Morla in empor jur. tit. 12. quæſt. 2. nu. 3. And. Gail. practicar. obſervat. lib. 2. obſervat. 146. num. 1. Spin. in ſpecul. teſtamentor. gloſ. 13. num. 82. Petr. Pecch. de teſtament. conjugum, lib. 5. cap. 9. num. 6. Cevall. commun. tom. 1. quæſt. 191. num. 5. Cardinal. Tuſch. practicar. conclu. lit. I. concl. 146. num. 1. Alexand. Trentacinq. dict. reſolut. 9. num. 3. verſ. Secunda eſt opinio. Amat. Marchiæ deciſ. 39. num. 9. Maſtrill. deciſ. 3. Cyriac. dict. controv. 489. num. 1. cum ſequentib. ubi plurimi, Anton. Faber. in ſuo Cod. lib. 3. tit. 13. de uſufruct. definit. 1. Grivell. deciſ. 73. Amendol. in Addit. addit. ad Franch. deciſ 146. num. 8. 9. Capic. Latr. deciſ. 102, à num. 24. Olea de ceſſion. jur. tit. 3. quæſt 9. num. 17. Quod adeò verum eſt, ut ſi teſtator exprimeret ſe velle, fructuarium teneri ad æris alieni ſolutionem, ſint nihilominus actiones in hæredem dirigendæ, Grivell. ſupra num. 7. Anton. Fab. conjectur. lib. 18. conject. 18. Cyriac. ubi proximè, num. 13. verſ Denique in deciſionibus. Ratio præcipuæ reſolutionis eſt, nam legatarius iſte particularis ſucceſſor, in quem actiones hæreditariæ tranſire non poſſunt, cùm uſufructus jus ſit diſtinctum ab ipſis bonis, eorumque univerſitate, Cyriac. dict. controv. 489. à princip. Argel. de legitim. contradict. q. 12. num. 43.

Sunt tamen aliqui, quibus contraria Bartoli opinio placet: Lancellot. Polit in l. fin. ff. de uſufruct. legat. Bald. conſ 23. in fin. volum. 2. Decian. conſil. 278. volum. fin. Garcia dict. cap. 11. verſ. Quod ſi relinquatur, Practica Papienſ in forma libelli, quo agitur ad dot. verbo, dedit, & verbo, legavit, col. 2. 25

Sed priore contra Bartolum opinione recepta; non nulla circa ipſam oportet adnotare Primùm, procedere, etiam cum quis in uſufructu omnium bonorum inſtituitur dato cohærede univerſali, nam adhuc legatarii particularis loco erit, ne à creditoribus conveniatur, ut in re certa inſtitutus, l. quoties 13. C. de hæredib. inſtituend. Surd. de aliment. tit. 9. quæſt. 25. num. 31. Gratian. ſupra, cap. 518. Cyriac. tom. 1. controverſ. 49. num. 35. Caſtrenſ. conſ. 294. num. 3. [illegible] colum. 2. verſ. Nunc videndum, volum. Simon de Præris ſup. lib. 3. interpretat. 1. dubitat. 1. ſolut. 1. num. 8. Beroi. in d. [illegible] num. 252. Mareſcot. dict. lib. 1. cap. 30. num. 34. [illegible] Cæphal. conſil. 37. num. 23. verſ. His præmiſſis, lib. 1. Merl. ſupra lib. 4. quæſt. 131. num. 3. Matheſilan. dict. ſingul. 4. n. 2. Franciſc. Marc. deciſ. 333. in princip. 26

Secundum, animadvertendum erit, quod ſicut fructuarius non poteſt à creditoribus moleſtari, ita neque ipſe agere adverſus debitores hæreditarios, ſine hæredis ceſſione permittitur, Graſ. ſupra, quæſt. 34. Caſtill. num. 27. Cavalcan. num. 189. Merlin. dict. quæſt. 151 n. 15. Pedroch conſ. 7. num. 174. 175. quod tamen ſine controverſia non eſt, ut videre licet apud Olea ſupra tit. 4. in miſcellanea, à num. 23. qui cum aliis ſentit fructuarium jam conſtitutum, in uſufructus quaſi poſſeſſione, non indigere ceſſione proprietarii, vel hæredis: Sed non recedendo à prima opinione, debet intelligi, ſi agatur ad res, ex quibus fructus ſunt percipiendi; nam ad fructus ipſos, ſive redditus, dubium non eſt, quin poſſit per ſe fructuarius poſt uſumfructum conſtitutum agere; ut obſervant Merlin. Caſtill. & alii, qui ex hoc inferunt, ut inſtrumenta non apud fructuarium, ſed apud hæredem ſint ſervanda. 27

Tertiùm, ex his oportet obſervare, quod ſi redimatur cenſus, pecunia eſt fructuario tradenda, non hæredi, modò idoneam cautionē præſtiterit, Olea tit. 6. quæſt. 6. num. 20. Seſſe deciſ. 63. tom. 1. Salgad. dict. part. 1. c. 19. num. 5. Fontanell. ſuprà, clauſ. 4. gloſ. 18. part. 5. num. 5. Etſi tutius ſit utrique principale cenſus ſolvere, Cenci. de cenſib. quæſt. 109. num. 66. Denunciatio verò quæ ſolet præcedere ante bimeſtre cenſus redemptione, ſufficit quod ſoli fructuario fiat, Cenc. quæſt. 111. num. 8. Duard. ad bullam. §. 5. q. 19. n. 8.

Quartùm, fructuarium teneri ad onera rebus ipſis, in quibus uſusfructus conſtituitur, impoſita Morl. dict. quæſt. 2. num. 10. Pinel. in l. 1. part. 2. à num. 72. C. de bonis matern. Molin. de primogen. dict. lib. 1. cap. 27. à num. 8. Caſtill. 28

dict. tract. de uſufruct. capit. 56. à num. 14. Felician. de cenſib. tom. 2. lib. 3. capitul. Cenc. quæſt. 89 Narbon. in l. 27. gloſ. unic. numer. 32. titul. 4. lib. 2. Recopilat. Vander. ſingul. 10. ex quibus diſcere poteris, quæ onera ad uſufructuarium ſpectent. Quid autem bonorum omnium uſufructu contineatur, late tradunt Mareſcot. dict. cap. 30. & Menoch. d. lib. 4. præſumpt. 142.

29 Quintum, præfatæ ſententiæ principali locum non eſſe, cùm agitur actione reali quo caſu poterit fructuarius conveniri, ut per Merlinum dict. quæſt. 151. à numer. 7. Cyriac. dict. controverſ. 489. numer. 14. cum ſeqq. Caſtill. capit. 6. numer. 28. & diximus ſupra, hoc capit. numer. 4. cum ſeqq. Idem juris eſt, ſi ſint debita annua, quæ ex fructibus ipſis ſolvi debent, Menoch. dict. præſump. 143. numer. 18. Cyriac. ubi proximè, num. 13 Merlin. dict. quæſt. 151. num. 5. ubi alios laudat. Vidè infrà, num. 41.

Ibi: *Poſſet ſanè Bartoli opinio admitti.*

30 De hoc videnda ſunt tradita, ſupra numer 9 cum aliis, & ultrà ibi laudatos, conſulendi ſunt Rodrig. de ex qut. capit. 4. à numer. 25. Roland. à Vall. conſ. 8. volum. 2. Veriuſque eſt, Bartoli ſententiam admitti non poſſe, nec in fructuario totiús hæreditatis: & quemadmodum D. Covarruv. conſtituit differentiam inter legatum omnium bonorum, & legatum uſusfructus eorum: Ita diſtinguendum eſt, an hæreditas, vel quota ejus legetur, vel uſufructus, hic enim, jus particulare eſt eadem hæreditatis univerſitate diſtinctum, Cyriac. numer. 8. quod probatur etiam ex DD. adductis nuper, num. 35.

Ibi: *De donatario autem omnium bonorum.*

31 Ad hoc videndi ſunt Merlin. dict. lib. 4. quæſt. 143. per tot. Parlad. dict. part. 4. §. 2. num. 5. Gutti. dic. quæſt. 58. à numer. 6. Boër. deciſ. 204. Guid. Pap. deciſ. 105. Coſt. de reme. ſubſidiar. remed 108. Giurba deciſ. 62. numer. 33. Amat. variar. reſolut. tom. 2. reſolut. 58. Micr. part. 1. quæſt. 24. à princip. J. Bapt. vot. 3. Thoro. Cancer. part. 1. capit. 8. num. 68. Ex quibus conſtat, de juris rigore non poſſe donatarium omnium bonorum conveniri actione perſonali à donatoris creditoribus, fallit tamen ubi nullus exiſtit hæres ei, qui donavit, vel ſi notoriè appareat donatorem non eſſe ſolvendo, nam æquitate ſuadente, circuitus vitandi cauſa, directò contra præfatum donatarium venire permittitur, Merlin, num. 4. verſ diſtinctionis fœdere, Amat. à numer. 13. Olea dict titul. 3. quæſt. 9. numer. 16. Cyriac. tom. 1. controverſ. 14. numer. 11. Caroc. deciſ. 125. numer. 3. & plerique ex proximè laudatis. Hypothecaria verò indiſtinctè omnium bonorum donatarius convenitur, Merlin. num. 8. Criac. numer. 6. Nec excuſſionis exceptione defenditur, Merlin. lib. 5. quæſt. 69. numer. 48.

Ad Num. 5.

32 Hanc quæſtionem examinant Menoch. de lib. 4. præſumpt. 141. à num. 33. Caſtill. ſupra cap. 8. à num. 24. Et valere legatum uſusfructus omnium bonorum, hærede non inſtituto, niſi poſt mortem fructuarij, receptum eſt, ac tenendum cum Menoch. Caſtill. num. 31. Gail. dict. lib. 2. obſervat. 143. num. 2. Viglio in Heræ. num. 6. Inſt. de hæredib. Inſtit. Craſ. quæſt 23. num. 2. Cyriac. tom. 3. controverſ. 499. num 46. Cavalcan. num 69. 224. Sim. de Præt. lib. 3. ſolut. 1. numer 35. Tell. Fernandez in l. 3. Taur. part. 3. nummer. 10. Sforc. Odd. conſ. 91. numer. 9. 10. Montepic in dict. §. Titia cum nuberet, quæſt. 26. numer. 114. Salgad. dict. §. unic. num. 8. Mantic. ſup. lib. 4. tit. 5. & aliis plures congeſti à Paris. con. 97. num. 7. 8. lib. 2. & à Socin. Iunior. conſ. 85. num. 13. lib. 1. Quorum plures D. Covarr. doctrinam probant ſcilicèt uſufructuarium, legatarium cenſeri, hæredemque poſt mortem inſtitutum, poſſe, vivo illo, ſtatim adire, & tranſmittere hæreditatem; temporis intercapedine ſublata, quoniam hæc fuiſſe teſtatoris mens creditur: quod etiam jure Regio procedere, docent Caſtill. & Salgad. ſupra. Qui quidem hæres conueniri à creditoribus hæreditariis poterit, ipſeque aſſignabit bona, ex quibus æs alienum ſolvatur, ſine magno fructuarii detrimento, Caſtill. num. 33. Craſ. quæſt. 35. num. 1. Cavalc. c. dict. num. 224. Montepic num. 153. Menoch. de præſ. 143. num. 15 Quæ etſi vera ſint, controverſia non carent; nā varias in ſententias ab Interpretibus itum eſt, ut conſtat ex Menoc. dict. præſumpt. 141. à numer. 40. Caſtill. Salgad. Mantic. ubi proximè, Metheſilan. dict. ſingul. 4. Merlin. dict. quæſt. 151. numer. 14. Trentacinq. dict. reſolution. 6. numer. 7.

Ibi: *Et idem erit, ubi Titius fuerit heres.*

Hujus opinionis ſunt, Caſtil. dict. cap. 8. num. 44. Emman. Suar. receptar. ſentent lit. V. numer. 114. Imol. in l. filius à patre, ff. de liber. & poſthum. Cyriac. ubi proximè, numer. 47. & alii relati à Caſtillo. ibidem, & à Menochio conſil. 273. num. 9. qui ſentiunt idem hoc caſu, ac proximo præcedenti dicendum; nam inſtitutus in uſufructu, legatarii loco eſt; & abſolutè inſtitutus poſt mortem ejus, verè eſt hæres. 33

Frequentiùs tamen admiſſum, eſt, hujuſmodi inſtitutum in uſufructu, hæredem univerſalem eſſe, detracta rei certæ mentione, juxta l. 1. §. Si ex fundo, & l. ſi ita quis hæres 74. ff. de hæred. inſtitut. cum onere reſtituendi hæreditatem poſt mortem ei, qui in id tempus fuit inſtitutus, Menoch. cum multis, dict. conſ. 273. numer. 6. & dict. præſumpt. 141. numer. 26. verſ. Secundum quod, & num. 27. Craſ. dict. quæſt. 23. num. 3. Durand. de arte teſtand. tit. de legat. caut. 39. num. 2. Crot. in l. re conjuncti, à num. 179. ff. de legat. 4. Peregrin. de fideicomm. art. 5. num. 21. Gail. d. obſervat. 143 num. 5. Præt. dict. lib. 3. ſolut. 1. nu. 7. Salgad. ſupra, num. 13. Mantic. dict. 5. art. 7. Cavalcan. num. 72. Fuſar. de fideicomm. quæſt. 277. num. 41. 42. Vndè infertur, quòd ſi inſtitutus poſt mortem decedat ante inſtitutum in uſufructu, nihil ad hæredes tranſmittet; Salgad. numer. 25. Menoch. dict. conſ. 273. num. 12. & alii ex laudatis proximè. 34

Sed ſi nullus hæres deſignetur à teſtatore poſt mortem inſtituti in uſufructu, inducitur fideicommiſſum in favorem eorum, qui ab inteſtato ſucceſſuri erant teſtatori, quibus, mortuo fructuario, bona ſunt reſtituenda; Caſtill. numer. 45. Cavalcan. numer. 75. Sforc. Odd. numer. 4. Montepic. ſupra, numer. 26. 27. Salgad. numero vigeſimotertio. Menoch. dict. præſumpt. 141. num. 5. Petrus Pecch. ſup. lib. 5. cap. 4. in fin. Cum verò uxor quocunque titulo fructuaria omnium bonorum relinquitur, filio teſtatoris poſt ejus mortem inſtituto; filius cenſetur ſtatim inſtitutus in ſua legitima, tàm in uſufructu, quàm in proprietate, temporis dilatione ſublata; muliérque gravata ei, cùm morietur, cætera bona reſtituere; Menoch. ſupra, à num. 8. de quo etiam Montepic. à num. 97 Simon de Præt. numero vigeſimotertio, legitima enim filiorum nullum gravamen patitur, Merlin. de legitim. lib 3. titulo ſecundo, quæſtion. 7. à numero. quarto Mareſcot. dict. cap. 29. à num. 36. 35

Ad Num 7.

Heres, cùm alii uſufructus bonorum relinquitur, poteſt per ſe ex bonis hæreditariis, antequam illa adfruendum tradat, quod debetur deducere, hoc ſervato ordine, ut prius ex pecunia, ſi extat; deinde ex actionibus, aut juribus; & horum defectu ex venditione mobilium, ac tandem ex immobilium pretio creditoribus ſatisfiat, Merlin. dict. quæſt. 151. num. 4. Caſtill. d. cap. 59. n. 19. Trentacinq. d. reſolut. 6. de peculio, num. 2. Bellon. conſ. 3. num. 2. Menoch. d. præſumpt. 143. num. 13. verſ. Altera fuit opinio, & num. 19. Mareſcot. dict. cap. 29. num. 32. Cyriac. dict. controverſ. 189. num. 9. Parlador d. cap. fin. part. 4. §. 2. num. 7. Cevall. tom. 1. q. 191. num. 7. 8. Guttier. d. q. 58. n. 9. 10. Debentque minus fructuoſa priùs diſtrahi, Mareſcot. ubi proximè, Menoch. conſ. 692. n. 35. verſ. ex his intelligimus, & d. præſumpt. 143. n. 19. 36

Quod ſi jam bona tradiderit hæres, creditoribus hæreditariis conventus, ex eiſdem aſſignabit, quæ ſufficiant 37

ad

ad æris alieni ſatisfactionem, ut docent ultra *laudatos nuper*, Gail. *dict. lib.* 1. *obſervat.* 146. *num.* 7. Cyriac. *tom.* 3. *controver.* 510. *num.* 11. Petr. Ricciard. *in §. Conſtituitur, n.* 24. *verſ. Sed benè verum eſt, Inſt. de uſufruct.* Cavalcan. *n.* 221. Petr. Barboſ. *in l. maritum, n.* 21. *ff. ſolut. matrim.* Bolanos. *d.* §. 10. *num.* 9. Oportet tamen, uterque citetur ſempe in prædictis caſibus, Craſ. *ſuprà, num.* 36. Cevall. *d. quæſt.* 191. *in fin* Guttier, *quæſt.* 58. *num.* 18. Trentacinq. *ſupra, num.* 3. Merlin. *dict. q.* 151. *num.* 12. Matheſil. *ſupra, num.* 2. Cavalcan. *num.* 217. Alioqui contra non citatum, quatenus ſua intereſt; exequutioni locus non erit, Trentaciq. *dict. lib.* 1. *titul. de intereſſe, reſolut.* 5. *numero tertio, in fin.* Caſtill. *capit.* 34. *numero quinto ſexto.* Merlin. & Cyriac. *ubi proximè.*

Ibi *Procedit tamen, niſi ex conjecturis.*

Adde Menoch. *dict. præſumpt.* 243. *n.* 20. *cum ſequentibus.*

Ad Num. 7.

38 Uſufructuarius omnium bonorum non tenetur ad legatorum ſolutionem, ſed hæres debet conveniri; Menoch. *d. præſumpt.* 143. *n.* 18. Spin. *d. gloſ.* 13. *n.* 82. Tuſch. *lit. L. concluſ.* 146. *n.* 1. Trentacinq. *d. tit. de peculio, reſolut.* 6. *n.* 15. Matheſilan. *d. ſingul.* 4. Montep. *quæſt.* 60. Merlin *d.* 151. *num.* 3. Garc. *de expenſ. cap.* 11. *à num.* 6. Cevall. *ſuprà, numer,* 5. ubi plures.

Ibi: *Primò, etenim ſi legata fuerit res.*

39 Uſufructu omnium bonorum relicto uni, & alteri fundo, vel alia re particulari legata ab eodem teſtatore, univerſalem uſufructuarium cum legatorio particulari æquis portionibus in uſufructu concurrere, juxta *l. ſi aliis,* 19. *ff. de uſufruct. legat.* tenent cum *D. Covar.* Mareſcot *d. c.* 30. *n.* 17. Craſ. *d. §. Legatum, q.* 25. *num.* 1. Caſtill. *ſupra. cap.* 47. *n.* 6. Cavalc. *n.* 45. 221. Mantic. *d. lib.* 6. *tit.* 9. 22. 23. Prætis *lib.* 4. *interpret.* 1. *n.* 22. Barb. *ſup. n.* 22. Gratian. *c.* 350. *n.* 4. & alii plures ab his laudati; eſtque proculdubio receptior ſententia.

Sed contrarium, nempè legatarium rei particularis non concurrere, imò integrum uſufructum habere quia generi per ſpeciem derogatur, cum Baldo ſubſtinent Ant. Gom. *variar. lib.* 2. *c.* 15. *n.* 1. Petr. Pecch. *ſupra, cap.* 9. *n.* 1. Sarmient. *in d. l. Titia §. Titia cùm nuberet, num.* 7. *vers. Et ita non placet,* Lancellot. polyt. *in d. l. re conjuncti. n.* 7. & alii relati à Caſtillo. *ubi proximè, n* 5. Cujus ſententiæ fundamento non ſatisfaciunt DD. contrà ſentientes, dum aſſerunt generi per ſpeciem non derogari; niſi cum circa id in verſatur diſpoſitio. Nam præterquam quod ſuam diſtinctionem, ac limitationem ad regulam juris nulla lege probant, obſtat eiſdem textus *in §.* 1. *Inſt. de uſufructu,* ubi habetur, quod ſi legetur uſufructus fundi, hæres nudam proprietatem obtinebit, legatarius verò integrum uſumfructum: Igitur idem in caſu, de quo agimus, erit dicendum ob ſimilitudinem, paritatemque rationis; quem *textum* pro ſua opinione Gomezius expendit: cui libentius adhæreem, niſi ex mente teſtatoris contrarium colligatur, veluti ſi tot res particulares ex bonis legaret, ut inutile, aut valde tenue relinqueretur legatum uſusfructus bonorum, tunc quidem ex præſumpta voluntate defuncti, uſufructuarius univerſalis cum legatariis particularibus, ad partem uſufructus rerum ſingularum admitteretur, argumento *l. ſi quando* 112. *ff. de legat.* 1. quæ in legatis quantitatis non procedunt. Vide *infrà, n.* 42.

Secundò, ubi uni certus fundus.

40 Hæc eſt notiſſima juris deciſio *in d. l. ſi alii,* cujus meminere Anton. Gom. *ubi ſupra,* Caſtill. *dict. cap.* 47. *num.* 1. Sarmient. *num.* 6. Durand. *dict. tract. de arte teſtand. tit. de legat. caut.* 24. Garcia *de expens. cap.* 10. *num.* 19. 20. Cavalcan. *num.* 45. Prætis *dict. Interpret.* 1. *num.* 11. Petr. Anton. de Petra *de fideicommiſ. quæſt.* 9. *num.* 34. Craſſ. *dict. quæſt* 25. *num.* 2. Spin. *dict. gloſ.* 13. *num.* 27. 28. Pichar. *in §.* 1. *num.* 3. *Inſt. de uſufruct.*

Verſ. *Tertio, conſiderandum eſt.*

D. Covar. in præſenti ſequuntur Trentacinq. *d. reſolut.* 6. *num.* 12. Theſaur. *ſupra, lib.* 2. *quæſt.* 32. *num.* 5. Menoch, *d. præſ.* 143. *num.* 18. Iaſo *in l.* 1. *num.* 4. *ff. ad Trebellian.* Cyriac. *tom.* 2. *controverſ.* 263. *num.* 56. Caſtill. *ſupra, cap.* 58. *num.* 10. 12. Surd. *deciſ.* 193. Gratian. *ſupra, cap.* 193. *num.* 1. & *c.* 350. *num* 26. Craſſ. *quæſt.* 36. *num.* 2. Gail. *d. obſervat.* 146. *num.* 8. Spin. *d. gloſ.* 13. *num.* 82. Merlin. *d. quæſt.* 151. *num.* 5. ubi alii. Ex quibus conſtat, uſufructuarium omnium bonorum teneri ad annua legata, pro quibus directo à legatariis poterit in judicium trahi, ut ea ex fructibus ſolvat, dixit *ſupra, numer.* 29. 41

Verſ. *Cæterum., ſi legata annua non ſint.*

Legata, que annua non ſunt, ad hærede petuntur, à quo ex bonis hæreditariis præſtantur, Barboſ. *in d. l. meritum. num.* 21. Theſaur. *ſupra, num.* 7. Craſſ. *dict. quæſt.* 36. *num.* 4. & alii plures *proximè,* laudati: cum quantitatis ſint, uſufructuarius omnium bonorum concurſum prætendere non poteſt, licèt in legatis aliarum rerum contra magis communiter placeat, ut oſtendimus *ſupra, num.* 39. quam differentiam notat Craſſ. *ubi proximè, d. n.* 4. & 5. 42

Ibi: *Sic dum Alexander in d. l. uſufructu.*

Uſufructuarius ex teſtamento, & legalis, quoad effectum minimè diſtinguuntur; uterque enim, bonis venditis, patitur deminutionem ad ſolvenda legata, non tamen tenetur ea ex fructibus ſolvere, niſi ſint annua. In eo autem ſolùm differunt, quod legali, ut pater, poteſt directo à legatariis conveniri, ipſeque bona diſtrahit, ut ſatisfaciat, cùm legitimus ſit adminiſtrator. At uſufructuarius ex diſpoſitione hominis pro legatis, quæ annuatim præſtanda non ſunt, ad judicium non trahitur, ſed patitur, ut hæres conventus ex bonis, in quibus habet uſumfructum, diſtrahat, quæ ſufficiant ad legatorum ſatisfactionem, Caſtill. *d. c.* 58. *n.* 5. Spin. *ſupra, gloſ.* 13. *n.* 82. Garcia *de expens. c.* 11. *n.* 6. Tuſch. *lit. V. concl.* 321. *n.* 21. Morl. *d. q.* 2. *n.* 4. 43

Verſ. *Sed illi ſane Alexander.*

Alexandri aſſertio videtur accipienda, cum plus legatum eſt, quam bona patiuntur, & ad deductionem falcidiæ omnium legatorum computatio fit, ut omnia pariter minuantur, quo caſu æſtimari debet uſufructus, ut ſciatur, pro qua parte minuendus ſit; ne propter venditionem bonorum ad ſolvenda cætera legata majus detrimentum ſentiat uſufructuarius, quam cæteri legatarij; ſi enim propter falcidiam quarta pars ex legatis eſſet detrahenda, uſufructus utique pro quarta parte minuetur, atque ita tot bona relinquenda ſunt uſufructuario, ut pro aliis tribus partibus utilitatem percipiat: quod attendendum admonet *Alexander* in venditione bonorum ad alia legata ſolvenda, ſed in æſtimatione uſusfructus non eſt habenda ratio bonorum omnium, ſed eorum, in quibus uſufructuarius jus eſt habiturus cum effectu; ſic ad computationem faciendam ex valore totius hæreditatis, ultra æs alienum deducenda ſunt legata quantitatis integra, & etiam certarum rerum, ſaltem pro parte dimidia, ſi in uſufructu admittatur concurſus; aliàs integrè ſunt deducenda, & ex reſiduo valor uſusfructus bonorum, deductis oneribus, computabitur. 44

Verſ. *Quòd ſi quandoque.*

Iuxta præmiſſa, cùm de legis falcidiæ ratione inponenda tractetur, erit facienda taxatio uſufructus, vel juxta *l. cum i. Titio* 55. *ff. ad l. falcid.* habito reſpectu ad pretium, pro quo vendi poſſet; vel juxta *l. hæreditatum,* 68. *eod. tit.* inſpecta ætate ejus, qui fruiturus eſt; nam computationem, quam maluerit judex, eligere poterit, Noguerol. ex aliis, *alleg.* 37. *n.* 75. 45

An

46 An autem computatio *dict. l. hæreditatum,* ſit obſervanda in aliis caſibus præter legem falcidiam controvertitur, & non habere locum verius eſt, ſed valorem uſusfructus, alimentorum, vel cenſus ad vitam, ubi lege taxatus non eſt, judicis arbitrio æſtimandum, qui tamen regulari poterit juxta computationem *dictæ legis,* de quo D. Covar. *infra, lib.* 3. *cap.* 9. *num.* 8. Molin. *de primogen. lib.* 1. *cap.* 19. *numer.* 40. Rodrig. *de ann. reddit. lib.* 1. *quæſt.* 5. *num.* 17. Eſcob. *de ratioc. in. lib.* 2. *comput.* 2. *à princip.* Pinel. *in l.* 2. *part.* 3. *cap.* 4. *num.* 32. *C. de reſcind vendit.* Padilla *in Auth. res quæ, num.* 3. *C. commun. de legat.* Suar. *in l. quoniam in prioribus, ampliat.* 3. *num.* 9. 10. *C. de inoffic. teſtam.* Palac. Rub. *in Rubric. de donat. inter:* §. 25. *à num.* 2.

CAPUT III.

De læſione circa pretium contingente: ad interpretationem C. de reſcend. vendit. *latè dicitur.*

SUMMARIUM.

1 *Scribentes de l.* 2. de reſcind. vendit. *referuntur.*
2 *Beneficium* d. l. 2. *omnibus contractibus bonæ fidei commune eſt.*
3 *In contractu aſſecurationis locus eſt prædicto remedio; item in pretio, quod pro fidejubendo conſtituitur.*
4 *Artifices, qui opus aliquod faciendum pro certa quantitate ſuis expenſis ſuſcipiunt, eo auxilio non gaudent.*
5 *Item nec conductores Regalium redituum.*
6 *Pretium rerum quotuplex.*
7 *Pretium legitimum in indiviſibili conſiſtit, & quilibet exceſſus debet reſtitui.*
8 *Pretium naturale triplex, & quare in indiviſibili non conſiſtit.*
9 *De intellectu* cauſæ 17. §. Idem Pomponius, ff. de minorib. *uſque ad. n.* 14.
15 *Servitutes juri naturali permiſſivo contrariæ ſunt.*
16 *Læſio in emptione quatenus olim & nunc permiſſa.*
17 *Pro quacunque læſione circa quantitatem, vel qualitatem rei venditæ competit actio læſo.*
18 *Uſura non eſt vendere ſummo pretio ad creditum, quod præſenti pecunia infimo quis eſſet venditurus.*
19 *Pretium rei venditæ, ut competat remedium* d. l. 2. *quo tempore inſpiciendum.*
20 *Pretium rei, quomodo probandum, cum agitur de illo remedio.*
21 *Quantuſcunque exceſſus ultra dimidiam contractus reſciſſionem operatur.*
22 *Teſtis aſſerens, contrahentem fuiſſe ultra dimidiam læſum, non probat, niſi dicti rationem reddiderit.*
23 *Quid operetur, ubi remedio* dict. l. 2. *agitur, depoſitio teſtis aſſerentis rem voluiſſe centum & amplius.*
24 *Pretium juſtum rerum ex particulari affectione non conſtituitur.*
25 *Pretium commune juſte exceditur propter affectionem venditoris nolentis res ſuas diſtrahere.*
26 *Declaratur prædicta reſolutio.*
27 *Quid inter valorem, & pretium interſit, & de pretiorum differentia.*
28 *Pretium juſtum rebus, ex quo conſtituatur.*
29 *Licitum eſt apud barbaras gentes permutare res viliſſimas pro pretioſis, ſi ab eis hominibus communiter ita æſtimentur.*
30 *Pretium commune, nec augetur, nec minuitur ob ſumptus maximos, quibus merces comparatæ ſunt.*
31 *Non poteſt quis tanti vendere, quanti emit ultra communem æſtimationem.*
32 *Pretium commune juſtè tranſgreditur venditor propter damnum, quod ex alienatione peculiariter patitur, aut ſi compulſus vendat.*
33 *Pretium juſtum excedi non poteſt, quia emptor peculiarem utilitatem ex re empta eſt percepturus.*
34 *Res minoris emi poteſt propter onus, vel periculum annexum & quid de nomine debitoris.*
35 *Res vendi poteſt carius ad creditum, cum periculum amittendi pretium, aut expenſæ faciendæ veroſimiliter timentur.*
36 *Valor rei conſideratur cum omnibus circumſtantiis, ex quibus pretium augeri, aut minui poteſt.*
37 *Typographorum error in editione Antuerpienſi Covar. notatur.*
38 *pretia rerum, ex quibus circumſtantiis augentur, aut minuuntur.*
39 *Res ita venditioni expoſitæ, ut eis emptor quæratur, minus valent.*
40 *An in venditione ſub haſta admittatur remedium* d. l. 2. *& num.* 41.
42 *Vilitas pretii rerum inopiam generare ſolet.*
43 *Merces victui neceſſarias dominus, publica urgente neceſſitate, cogitur juſto vendere pretio.*
44 *Eccleſiaſtici cogi poſſunt vendere res victui neceſſarias juſto pretio, tempore publicæ neceſſitatis, & hoc per Iudices ſæculares.*
45 *Contrarium, ſcilicet non poſſe compelli per Iudices ſæculares, traditur, niſi Eccleſiaſtici Iudices abſint, & periculum ſit in mora, aut negligenter ſe gerant.*
46 *Pretia rerum taxari debent tempore neceſſitatis publicæ, & quando ſecus.*
47 *An liceat vendere, habita fide de pretio, merces carius quam præſenti pecunia venderentur ſi conſuetudo ſit vendendi ad creditum, & pretium commune ſic vendendi non excedatur? uſque ad n.* 50.
51 De intellect. cap. in civitate, de uſur.
52 *Quando liceat ad creditum vendere pro pretio quod curret tempore ſolutionis.*
53 *Non licet vendere ad creditum quanti plurimi res fuerit uſque ad certum tempus.*
54 *Licitum eſt præſenti pecunia vendere ultra juſtum pretium currens ſi venditor ad preces emptoris ſtatim diſtrahat, quod foret ſervaturus in tempus, quo res pluris eſſet valitura.*
55 *Quomodo juſtum pretium computetur, quando res venditur carius, quoniam dominus eam eſſet ſervaturus in tempus quo plus valeat.*
56 *Qui merces ſervaturus eſt in tempus quo plus veriſimiliter valebunt, poteſt eas ad creditum vendere pro pretio currenti tali menſe, vel hebdomada.*
57 *Poteſt itidem convenire, ut pretium præſtetur currens, cum ſibi placuerit intra tempus, ad quod merces ſe ſervare deſtinaverit.*
58 *Vendere licet carius, habita fide de pretio, propter lucrum ceſſans.*
59 *Licitum eſt emere, anticipata ſolutione, infra pretium currens, modo dubium ſit, an tempore traditionis plus, vel minus res valitura ſit.*
60 *Quid in Hiſpania circa emptionem frumenti, anticipata ſolutione ſit cautum, quidque obſervetur.*
61 *Frumentum vetus quomodo licitè detur, ut tantundem ex novo reddatur, & n.* 62.
63 *Contractus, qui vulgò, Mohatra, dicitur, damnatur.*
64 *Quando mercator licitè poſſit merces, quas ad creditum vendit, ab eodem emptore viliori pretio comparare.*
65 *Vendere carius ob dilationem, aut emere vilius propter anticipationem ſolutionis.*
66 *Quando contractus in foro exteriori, vel interiori uſurarius cenſeatur, ſi carius vendatur ad creditum, aut ut minus ematur, ſolutione anticipata, & n.* 67.
68 *Vineam ſeu frugiferam, habita fide de pretio, poteſt juſtum pretium currens excedere, in fructuum ab emptore percipiendorum, cum non ſolvit, compenſationem.*
69 *Computatio quomodò facienda, ut venditor, vel emptor ultra dimidiam læſus dicatur.*
70 *Quomodo pretii computatio fieri debeat ad læſionem ultra dimidiam.*
71 *Pretium juſtum rerum quoad læſionem, quo tempore inſpiciendum.*
72 *Venditor rei ſe contractui ex* l. 2. C. de reſcind. vend. *fructus debeat reſtituere per emptorem, venditori agen... uſque ad n.* 79.
80 *Emptor agens remedio* d. l. 2. *fructus reſtituere debet ſi venditor velit rem iterum recipere.*